# Lingua Latina cum minore flexione - Schema III

Casus, genera et declinationes adiectivorum removentur, sed vestigium generis neutri pluralis servatur. Coniugationes simplificantur, sed themata verborum servantur.

## 1. Articulus

Nullus est articulus, neque definitus neque indefinitus.

## 2. Substantiva

In declinationibus sunt duo numeri et quinque declinationes: declinatio I sg. -a, pl. -e, declinatio II sg. -o pl. -i, declinatio III sg. -e pl. -i, declinatio IV sg. -u, pl. -i aut -e, declinatio V sg. -e, pl. -i aut -e. Genetivus per "de", dativus per "ad", ablativus per "ab" exprimitur. Casus nominativus et accusativus sunt identici, praeter pronomina ego et tu. Neutra substantiva etiam pluralizari per -a possunt, declinationis II, aut declinationis III imparisyllaba nec in -al vel -ar terminata.

## 3. Adiectiva

Adiectiva non declinantur et in -e terminantur. Gradus comparativus formatur suffixo -iore. Superlativus formatur suffixo -issime. Coniunctio gradus comparativi est quam. Suffixum adiectivi -e omitti potest, praesertim pro -ce (ut classic, graec).

- Substantivum ex adiectivo declinationis III formari potest sine mutatione. Substantivum ex adiectivo declinationis I et II formari potest per suffixum -o pro persona singulari masculini generis vel re, et per -a pro persona singulari feminini generis.
- Substantivum abstractum formari potest per adiectivum substantivatum + ipse (ut bono ipse).
- Pronomen ex adjectivo declinationis pronominis formari potest sine mutatione pro persona masculini generis aut genere ignoto, per suffixum -a pro persona feminina, per -o pro re, et per -i pro personis et rebus, e.g.: une, mei, tue, sue, ille pro persona masculini generis aut genere ignoto, uno, meo, tuo, suo, illo pro re.
- Adiectivum declinationis I & II vel declinationis pronominis terminari in -a potest ad modificandum substantivum singulare femininum grammaticum.
    - Substantiva quae terminantur in -a, -ione, -ie (tamen non substantiva derivata ex "die"), -tate, -tute, -tudine praecipue feminina grammatica sunt.

## 4. Numeri

- Cardinalia: un aut une (pronomine: une - una - uno - uni), duo, tri, quattuor, quinque, sex, septem, octo, novem, decem etc.
- Ordinalia: prime, secunde, tertie, quarte, quinte, sexte, septime, octave, none, decime etc (declinationis I aut II).

## 5. Pronomina

Pronomina personalia: nom. ego, acc. me; nom. tu, acc. te; nos; vos; acc. se. Adiectiva possessiva: mi aut mei (pronomine: mei - mea - meo - mei); tue; nostre; vestre; sue. Pronomina demonstrativa: ille - illa - illo - illi, iste - ista - isto - isti. Adiectiva demonstrativa (invariantia): ille, iste, ipse, idem.

Pronomen interrogativum relativumque et adiectivum interrogativum relativumque: qui pro persona singulari et plurali, que pro re et rebus et ut adiectivum adhibitur. Pronomina et adiectiva indefinita: aliqui alique; quidam quedam; quiquam quequam; quicumque quecumque. Pronomen et adiectivum distributivum: quique queque.

## 6. Verba

Tria themata sunt in lingua Latina: praesens, perfecta et supina (exempli gratia hab-, habu-, habit-). Praesens thema quinque coniugationes reddit, secundum infinitivum et **ind praes. 1sg.**: -are (-o) -ere (-eo) -ere (-o) -ere (-io) -ire (-io). Thema perfectum saepe fit per infixa -av-, -u-, -s-, -iv- adiuncta ad thema praesens, sed opus est videre dictionarium. Thema supinum saepe fit per infixum -at- (coniugationis I) aut -it- (aliarum) adiunctum ad thema praesens. Omnia verba deponentia ut non-deponentia adhibentur. Imperativus per infinitivum exprimitur. Coniunctivus ad exprimendum optativum atque ad orationem irrealem tantummodo adhibetur. Agens actionis exprimitur per "ab". Verbum intransitivum, et verbum quod obiectum genetivum, dativum aut ablativum regit, adhibent passiva voce ut activa voce impersonali, quasi subiectum in act. voce sit "homo".

- **Ind. act.**: **praes.** thema praesens + -a -e -u (aut -i) -iu (aut -i) -iu (aut -i); **impf.** thema praesens + -aba -eba -eba -ieba -ieba; **fut.** thema praesens + -abu (aut -abi), -ebu (aut -ebi), -e, -ie, -ie; **perf.** habe + ppp. aut thema perf. + -i; **plpf.** habeba + ppp. aut thema perf. + -era; **perf. fut.** habebi + ppp. aut thema perf. + -eri.
- **Con. act.**: **impf.** thema praes. + -are -ere -ere -ere -ire; **plpf.** habere + ppp. aut thema perf. + -isse. Coniunctivus imperfectus et plusquamperfectus pro coniunctivo praesenti et perfecto adhibentur.
- **Ind. et con. pass.**: Ind. ab "esse" (es; era; eri; fui; fuera; fueri) et con. ab "esse" (esse; fuisse) + ppp.
- **Inf. act.**: **praes.** thema praes. + -are -ere -ere -ere -ire; **perf.** habere + ppp. aut thema perf. + -isse; **fut.** esse + pfa.; **perf. potentiale** fuisse + pfa.
- **Inf. pass.**: **praes.** esse + ppp.; **perf.** fuisse + ppp.; **fut.** iri + ppp.; **perf. fut.** fore + ppp.
- **Part. act.**: **praes.** thema praes. + -ante -ente -ente -iente -iente (decl. III); **fut. (pfa.)** thema supinum + -ure (decl. I & II).
- **Part. pass.**: **perf. (ppp.)** thema supinum + -e (decl. I & II); **fut. (gerundivum)** thema praes. + -ande -ende -ende -iende -iende (decl. I & II).
- **Gerundium**: thema praes. + -ando -endo -endo -iendo -iendo. **Supinum**: thema supinum + -u
- **Verba irregularia**: **inf.** esse (sum), ferre (fero), fiere (fio), ire (eo), posse (possum), velle (volo); **ind. praes.** es, fer, fi, i, potes, vol; **ind. impf.** era, fereba, fieba, iba, potera, voleba; **ind. fut.** eri, fere, fie, ibi, poteri, vole; **part. praes.** ente (vulgaliter) ferente, fiente (rare), iente, potente, volente; **ind. perf.**

fui, tuli, fui facto, ivi, potui, volui; **part. pass. praes.** state (vulgaliter), late, facte, ite, potite (rare), volite (vulgaliter).

## 7. Adverbia

Adiectiva declinationis I et II adverbium formant suffixo -ē; adiectiva declinationis III suffixo -iter; participium praesens suffixo -nter. Comparativum: -ius, superlativum: -issimē. Sunt etiam alia adverbia in lingua Latina quae sine mutatione adhibentur, ut brevi, solum, una.

## 8. Praepositiones

Praepositiones semper accusativum regunt.

## 9. Exemplum

Patro nostre, qui es in caeli, nomine tue esse sanctificate. Regno tue advenire, voluntate tue esse facte, sicut in caelo et in terra. Dare pane nostre quotidiane ad nos hodie, et dimittere debiti nostre ad nos, et nos dimitti ad debitori nostre. Et ne inducere nos in tentatione, sed liberare nos a malo. Amen.